

Theologiæ Sacramentalis Scholasticæ Et Moralis Pars ...

Ad Mentem Doctoris Subtilis Ioannis Duns Scoti D. Augustino conformen

In qua tractatur de Sacrementis in Genere, & duobus primis in specie

Bosco, Jean a

Lovanii, 1665

Concl. I. Puer extra uterum matris est capsx Baptismi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73340](#)

veniatur obligatio praecepti.

Quæ omnia, ut cuivis plenius constare possint, tantaque claritate ac certitudine, quod insolentis planè foret pervicacia nol-

le credere, opera premium duxi novam instituere sectionem de subjecto & præcepto Baptismi.

SECTIO QUARTA.

De Subjecto & præcepto Baptismi.

1.
Anabapti-
stæ docent
parvulos
non posse
valide bap-
tizari.

Dclarata precedenti sectione necessitatem Baptismi respectu parvolorum pertinaciter negant Anabaptistæ, cauantes eos nec debere, immo nec posse validè baptizari, quos etiam ideo rebaptizant, cum pervenerint ad adultam ætatem; sed supposita capacitate, de qua statim dissero, & admisso peccato originali cum Ecclesia Catholica, de quo in tract. de Virtutibus & vitiis in communi, arbitror necessitatem evidenter sat ostendit ex generalitate verborum Scripturæ, Concilij Florentini & Tridentini, quæ videri possunt sectione precedenti conclusione 2. in principio. Sit itaque

CONCLUSIO I.

Puer extra uterum matris est capax Baptismi.

2.
Conscientit
Scotus si
puer sit se-
cundum
omnes suas
partes in
utero.

Dico, extra uterum, quia existens secundum omnes suas partes in utero, non potest baptizari; Non (inquit Scotus 4. dicit. 4. q. 3. n. 3.) quia coniunctus est causa corruptionis (sic quippe non posset habere Baptismum Flaminis, vel Sanguinis, quorum utrumque est falsum) sed quia Baptismus est lotio vel ablilio in aqua: sed parvulus sic in utero non potest lavari; quia nec sic immediatè tangi ab aqua. Loquitur Doctor de suo tempore, quando nondum erat inventus, vel saltem ipsi nota methodus, quam hodierni medici affirmant, lavandi puerum in utero per metrenchyten.

Si objicias; parvulus in utero matris inficitur peccato Adæ; ergo etiam potest ab illo liberari. Respondeo cum Doctore supra n. 4. Sed non per istud Sacramentum; quia dum est in utero matris capax non est huic Sacramenti.

Per idem respondeo ad secundum argumentum apud Scot. supra n. 1. Parvulus in utero potest liberari à servitute temporalis; patet ex maiuissione matris; ergo &c. potest ergo

ibi baptizari. Respondeo, inquam, neg. con. Rationem disparitatem ipse alignat n. 4. Quia quantum ad servitutem temporalem filius dum est in utero non est distinctus à matre, non enim habet dominus dominium in parvulo nisi quia in matre: sed quantum ad servitutem, vel libertatem spirituale ista respectu distinctam personam: parvulus autem in utero est ita distinctus in persona à matre, sicut extra uterum.

His præmissis de puer in utero; Conclusio definitur contra Anabaptistas & alios hereticos in Concil. Trident. sess. 7. de hoc Sacramento can. 12. his verbis: Si quis dixerit neminem esse baptizandum nisi ea etate, quæ Christus baptizatus est, vel in ipso mortuus articulo; anathema sit. Et can. 13. Si Connec- quis dixerit, parvulos è quod actum credentes non habent, suscepimus Baptismo inter fidèles com- putandos non esse; ac propterea, cum ad amos discretionis pervenerint, esse rebaptizandos; aut prestatre omitti eorum Baptisma, quā eos non actu proprio credentes baptizarim in sola fide Eccliesie; anathema sit.

Eamdem veritatem pridem definierat Concil. Milevitani II. c. 2. sequentis tenoris. Item placuit ut quicunque parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos ne- get anathema sit.

Confirmatur ex cap. Firmiter de summa Trinitate ibi: Sacramentum verò Baptismi tam parvulus quam adulis in forma Eccliesie à quocunque ritè collatum proficit ad salutem. Et c. Maiores de Baptismo ibi: Cam ergo Circumcisio tam adulis, quam parvulus ex præcepto Domini conferretur: ne Baptismus, qui succedit loco ipsius, & generalior tamen existit, cum tam viri, quam foeminae baptizentur; milnoris videatur effectus, tam adulis, quam parvulus est conferendus.

Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, cuius testis est D. Aug. lib. 4. de Baptismo c. 23. ibi: Quod traditum tenet universitas Ecclesie, cum parvuli infantes baptizantur, qui certè non possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro petuit, quam etiam flendo & vagiendo, cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis vocibus obliviantur, & gallinam tamen

Sect. 4. De Subject. & præc. Baptis. Concl. 1. 311

Cum reliquo Patribus,
Etiam Nazianzenos
Quamvis consulit ex speccata
memoratum;

tamen nullus Christianorum dixerit eos inanier baptizari. Et alijs pluribus locis. Testes quoquæ sunt reliqui Patres.

Non excipio Nazianzenum, quoniam tametsi confutum de Oratione in Sanctum Lavacrum, ut seclusi omnibus periculis infantes triennium expellent, aut paulo minus, seu plus, ut & quid mysticum audire, & respondere posuit: attamen ad questionem: Num & illos (infantes) baptizamus? Respondet: Maxime quidem, si periculum aliquod imminet; nec illi est enim nondum rationis compotes sanctificari, quam non signatos & initatos vita excedere. Quidni & melius sit statim parvulum baptizare, quam ad triennium expectare?

Profecto illa dilatio parvi aut nullius esset fructus, cum etiam tunc parvuli de fidei mysteriis nihil, aut vix aliquid capiant. Et qualisque fructus sit, merito preferetur ipsi status amicitia Dei, liberatio a demonum insidijs, & similia: potissimum cum ob inopinatos casus, quibus infirmor illa exa frequentis est exposita, sapientia adfit periculum salutis, ubi non putatur adesse.

Porro quamvis in Scriptura nullibi expressè præcipiat, aut approbetur Baptismus parvolorum, tamen etiam nullibi expressè prohibetur, aut reprobatur; imò non oblitus ex Scriptura colligitur Act. Ann. 16. 16. v. 5. Cum autem baptizata esset, Lydia, & domus eius. Et v. 33. Et tollens eos, Paulum & Silam, in illa hora noctis, lavis plasgas eorum: & baptizatus eis ipse, (cultos carceris) & omnis domus eius continuo. Quis autem prudenter dubitet in istis familijs suffici parvulos? Ergo & hi ab Apostolo baptizati fuerunt. Quidni?

Sicut enim sine distinctione qualibet Mosaicæ lex clamabat: Anima cuius præputij cæto circumcisæ non fuerit, peribit de populo suo: ita nunc in distinzione vox intonat Euangeliæ: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Dei: ab hac generalitate nec sexum nec status exclusus. Ita Pontifex Innoc. III. in cap. Maiores de finitus,

Et in cap. Maiores de finitus,
Imò non oblitus in Scriptura inducius,
Ac post pauca reddens rationem hujus generalitatis, inquit: Absit enim ut universi parvuli pereant, quorum quotidie tanta multitudine moritur, q. in & ijs misericors Deus, qui neminem nisi perire, alijsq; remedium procuraverit ad saltem. Quod autem illud tempore legis Euangeliæ, nisi Baptismus per le institutus in remedium contra culpam originalem?

Teneo ergo, inquit Scotor 4. dist. 4. q. 1. num. 2. oppositionem (contra Pelagium, qui

negabat parvulos baptizandos) quia, tam secundum Scripturam, & fidem parvuli contrahant originale peccatum, ad eius deletionem, que nece haria est, sunt baptizandi.

Et à Scotoratione declaratus:

Solùm obstante videatur præceptum Christi Matth. ultima v. 19. Euntes ergo docete omnes gentes baptizantes eos &c. ubi mandat Apostolis ut prius doceant, quam baptizent: ergo parvulos instructionis incipaces non oportet baptizare.

Respondet illis verbis significari ordinem, qui servari debet in promulgatione Euangeliæ, quæ adultis fieri debebat, ad quos convertendos Apostoli mitterebantur. De quibus etiam intelligitur illud Marci ultimo v. 16. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit; ut patet ex contextu. Nam versu 15. dixerat Christus: Predicate Euangeliū omni creatura, utique adultis, qui soli prædicationis capaces sunt, ergo de iisdem intelligitur, quod sequitur: Qui crediderit &c. Quamvis nec in adultis requiritur actus fidei ad valorem Baptismi, ut patet ex dictis disputatione præcedenti; bene ut Baptismus proficiat ad salutem.

Ita explicat hunc locum Innoc. III. in cap. Maiores dicens: Ceterum ex vi littera sat is patet, prædictas auctoritates (I. Petri 4. v. 8. Charitas operit multitudinem peccatorum. Et Luca 7. v. 47. Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit mihi) intelligendas esse tantummodo de adultis, qui habent multitudinem peccatorum: cum de parvulis non possit intelligi, qui peccato tantum originali tenentur. Similiter & illa auctoritas est solvenda: Qui crediderit & baptizatus fuerit &c. cum non possint credere parvuli, sed adulti: & ob hoc tota auctoritas hec intelligenda est de adultis: ne ad alios prima, & ad alios secunda clausula referatur. Quamvis nonnulli concedant, quod parvuli credunt non per usum, sed per habitum s. dei, quem suscipiunt in Baptismo: sicut & alia multa verba, secundum communem usum loquendi non ad actum, sed ad apertitudinem referuntur.

Hunc utrumque intellectum exprimit Doctor Subtilis supra respondens ad hoc argumentum Marci ultimo: Qui non crediderit, condemnabitur. Parvulus non potest credere; ergo per Baptismum non potest salvare: ergo frustra baptizatur. Ad alium, inquit, patet, quod debet intelligi de adultis per illud, quod procedit. Qui crediderit & baptizatus fuerit. Vel potest dici quod qui non crediderit, nec actu, nec habitu, condemnabitur; quia secundum Apstl. Hebr. 11. Sine fide impossibile est placere Deo &c. Parvuli autem, et si non possum habere actum, possunt tamen habere habitum.

Equidem

Et à Scotoratione declaratus:

7.
Neque obstante Christi præceptum Matth. ult.

Utpotest latum respectu adiutorium, Mar. ult.

8.
Ut explicat Innoc. III. cap. Maiores.

Cum Doctor Subtilis

9.
Et constat
ex voluntate
Christi

Meritum hoc
sic statuen-
tis;
Rom. 5.

Quia par-
vuli origi-
nale sine
proprio per-
sonali con-
fessu con-
traherunt.
Innoc. III.

Inde non
sequitur;
dandis
est ipso
Euchari-
stiam.

10.

Parvulus in
Baptismo
dat orationem
juxta Clemen-
tiam. unic.
de sum. Trin.

Aliisque
virtutes su-
per natura-
les infun-
dantur

Quae etiam
est senten-
tia Scotti.

Subtilis 4. dist. 4. q. 2. n. 3. ibi: Ad ques-
tionem deo; quod, sicut est creditum parvulo in
Baptismo originale dimitti, ita & creditum est
est sibi gratiam infundi; quia Deus pro-
statu natura lapse nulli remittit culpam, nisi cui
dat gratiam: nullum enim liberat a perditione,
nisi quem ordinat ad hoc ut sit filius regni. Et
licet Deus de potentia absolute posset dare gra-
tiam sine fide (ponendo quod sunt duo absolute

Equidem meritum voluit Christus prius gentes esse docendas, quam baptizandas; nisi enim in mysteriis fidei, & Sacramentorum essent instructae, nec ipsae vellent baptizari, nec parvulos suos baptizandos offerre.

Et quoniam hi absque propria voluntate personali, per voluntatem Adam constituti sunt peccatores, & damnationi obnoxii, juxta illud Rom. 5. v. 12. In quo omnes peccaverunt, congruebat divina misericordia, ut etiam absque propria voluntate, sive intentione suscipiendo Sacramentum, in vitam iustitiae regenerarentur per voluntatem 2. Adam, qui providit omnini etati juxta suam capacitatem.

Unde dicit Innoc. III. c. Maiores §. Verum quidam: Originale igitur, quod sine confessu proprio personali contrahitur, sine confessu per vim remittitur Sacramenti: actuale vero, quod confessu contrahitur, sine confessu minime relaxatur.

Neque sequitur: si baptizandi sunt parvuli, ergo etiam communicandi: quippe Baptismus est omnino necessarius ad salutem, non ita communio. Unde Eucaristia non est instituta in lacte, proprio cibo parvolorum, sed in pane & vino, cibis hominum adulorum: Baptismus autem institutus est in aqua, que unicuique adhibetur ad fortes abluendas.

Quod si a me petitur quomodo infantes possint fieri membra Christi, exire veterem hominem, induere novum, & similia? Respondeo, per remissionem peccati originalis, per gratiam iustificantem, id est, charitatem, aliaque virtutes supernaturales, fidem, & spem, qua parvulo in Baptismo infunduntur, juxta Clementinam unicum de summa Trinitate in fine: Nos autem attendentes generalem efficaciam mortis Christi (qua per Baptisma applicatur pariter omnibus baptizatis) opinionem secundam (qua dicit tam parvulus, quam adultus confiri in Baptismo informantem gratiam & virtutes) tamquam probabilem, & dictam Sanctorum, ac Doctorum modernorum Theologia magis consonam & concordem, sacro approbante Concilio duximus eligendam.

Quae etiam est sententia Doctoris Subtilis 4. dist. 4. q. 2. n. 3. ibi: Ad ques-
tionem deo; quod, sicut est creditum parvulo in
Baptismo originale dimitti, ita & creditum est
est sibi gratiam infundi; quia Deus pro-
statu natura lapse nulli remittit culpam, nisi cui
dat gratiam: nullum enim liberat a perditione,
nisi quem ordinat ad hoc ut sit filius regni. Et
licet Deus de potentia absolute posset dare gra-
tiam sine fide (ponendo quod sunt duo absolute

simpliciter distincta) tamen quia Dei perfecta sunt opera Deut. 32. & quando bonum a-
nat, totaliter sanat, ideo conceditur, quod non insinatur gratia parvulo sine fide & sine spe; sed in ipsa iustificatione, attestante Concil. Trident. tell. 6. c. 7. cum remissione peccato-
rum hac omnia simul infusa accipi homo per Iesum Christum, cui iuratur, fidem, spem & charitatem.

Reliqua argumenta haeticorum, qui-
bus impugnant Baptisma parvolorum, quia faciliem habent solutionem, brevitatis gra-
tiæ prætereo. Vide Bellar. lib. 1. de Ba-
ptismo c. 9.

Supposita itaque capacitate & utilitate,
pro necessitate erit

CONCLUSIO II.

Baptismus in re, extra casum
Martyrij, & alterius extra-
ordinariae providentia divi-
nae, ut sanctificationis in ute-
ro, aut præservationis à pec-
cato originali, est parvulis
simpliciter medium necel-
sarium ad salutem.

Prohaec conclusione, præter Scriptu-
ram generalem Joannis 3. & locu-
nes indehincas Conciliorum, flat frequen-
tissima auctoritas Sanctorum Patrum. Suf-
ficiat illa D. Aug. Epist. 8. ad Hier. Qua-
gii dixerit, quod in Christo vivificantes
etiam parvuli, qui sine Sacramenti eius parti-
cipacione de vita exirent, hic profecto & contra
Apostolicam predicationem venit, & totam con-
dennat Ecclesiam, ubi propterea cum baptizan-
dis parvulis felicitare & curiunt, quia sine du-
bio creditur alter eos in Christo vivificari non
posse. Et l. 3. de Origine Animæ c. 9. Noli
credere, noli dicere, noli docere, infantes ante-
quam baptizentur morte præventos, perenne
posse ad originalium indulgentiam delitorum, si
vis esse Catholicus.

Jure ergo meritissimo ab omnibus ho-
diē expludit opinio cuiuscumdam Auctoris, Qua-
qui putatur docuisse aliquos parvulos in excessu
necessitate salvari sine Baptismo, ob spe-
cialiem parentum devotionem, puta votum
expressum signo externo sanctæ crucis cum
invocatione Sanctissima Trinitatis: est
enim exceptio sine fundamento à lege ge-
nerali generaliter promulgata, & genera-
ter semper ab Ecclesia intellecta.

Testem